



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum inuidia sit tristitia de bonis alienis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

importunitas mentis, inquietudo corporis, instabilitas, verbositas, curiositas. ergo videtur vel quod a Greg. vel ab Isidoro * male assignentur accidia vitium capitale cum suis filiabus.

SED CONTRA est, quod idem * Grego. dicit 31. Moral. accidiam esse vitium capitale, & habere predictas filias.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra * dictum est, vitium capitale dicitur esse ex quo promptum est, ut alia vitia oriatur secundum rationem causae finalis. Sicut autem homines multa operantur propter delectationem, tum ut ipsam consequantur, tum etiam ex eius impetu ad aliquid agendum permoti: ita etiam propter tristitiam multa operantur vel ut ipsam evitent, vel eius pondere in aliqua agenda prorumpentes. Unde cum accidia sit tristitia quaedam, ut supra dictum est, convenienter ponitur vitium capitale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod accidia aggrauando animum, hominem impedit ab alijs operibus, quae tristitiam causant: sed tamen inducit animum ad aliqua agenda vel quae sunt tristitia consona, sicut ad plorandum, vel etiam ad aliqua, per quae tristitia evitatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod * Grego. convenienter assignat filias accidiae: quia enim, ut Philosoph. dicit in 8. Eth. nullus diu absque delectatione potest manere cum tristitia, necesse est, quod ex tristitia aliquid dupliciter oriatur, vno modo, ut homo recedat a contristantibus: alio modo, ut ad alia transeat, in quibus delectatur. sicut illi, qui non possunt gaudere in spiritualibus delectationibus, transferunt se ad corporales, secundum * Philosoph. in 10. Ethic. In fuga autem tristitiae talis processus attenditur, quia primo homo fugit contristantia: secundo etiam impugnat ea quae tristitiam ingerunt. Spiritualia autem bona de quibus tristatur accidia, sunt & finis, & id quod est ad finem. Fuga autem finis fit per desperationem: fuga autem bonorum quae sunt ad finem, quantum ad ardua, quae subeunt consilijs, fit per pusillanimitatem: quantum autem ad ea, quae pertinent ad eorum iustitiam, fit per torporem circa precepta. Impugnatio autem contristantium bonorum spiritualium, quandoque quidem est circa homines, qui ad bona spiritualia inducuntur, & hic est rancor: quandoque vero se extendit ad ipsa spiritualia bona, in quorum delectatione aliquis adducitur, & hoc proprie est malitia. In quantum autem propter tristitiam a spiritualibus aliquis transferat se ad delectabilia exteriora, ponitur filia accidiae euagatio circa illicita. Per quod patet responsio ad ea, quae circa singulas filias obijciuntur. Nam malitia non accipitur hic, sed in quod est genus vitiorum, sed sicut * dictum est. Rancor etiam non accipitur hic contra pro odio, sed pro quadam indignatione, sicut dictum est: & idem dicendum est de alijs.

AD TERTIUM dicendum, quod etiam Cassianus in libro de Institutis cenobiorum, distinguit tristitiam ab accidia, sed convenientius Greg. accidiam tristitiam nominat: quia, sicut supra * dictum est, tristitia non est vitium ab alijs distinctum, secundum quod aliquis recedat a graui & laborioso opere, vel secundum quascumque alias causas aliquis tristetur: sed solum secundum quod tristatur de bono diuino, quod pertinet ad rationem inuidiae, quae in tantum conuertit ad quietem indebitam, in quantum aspernatur bonum diuinum. Illa autem quae Isidoro ponit oriri ex accidia, & tristitia, reducuntur ad ea quae * Greg. ponit. Nam amaritudo, quam Isidoro ponit oriri ex tristitia, est quidam effectus rancoris. Otiositas autem, & somnolentia reducuntur ad torporem circa precepta, circa quae est ali

A quis otiosus, omnia ea praetermittens, & somnolentus ea negligenter implens. Omnia autem alia quinque, quae ponit ex accidia oriri, pertinent ad euagationem mentis circa illicita, quae quidem secundum quod in ipsa arce mentis residet, volentis importune ad diuersa se diffundere, vocatur importunitas mentis: secundum autem quod pertinet ad cognitionem, dicitur curiositas: quantum autem ad locutionem, dicitur verbositas: quantum autem ad corpus in eodem loco non manens, dicitur inquietudo corporis, quando scilicet aliquis per inordinatos motus membrorum vagacitatem indicat mentis: quantum autem ad diuersa loca, dicitur instabilitas, vel potest accipi instabilitas secundum mutabilitatem propositi.

QVAESTIO XXXVI.

De inuidia, in quatuor articulis diuisa.

INDE considerandum est de inuidia.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

Primo, Quid sit inuidia.

Secundo, Vtrum sit peccatum.

Tertio, Vtrum sit peccatum mortale.

Quarto, Vtrum sit vitium capitale, & de filiabus eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum inuidia sit tristitia.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod inuidia non sit tristitia. Obiectum enim tristitiae est malum: sed obiectum inuidiae est bonum. dicit enim * Greg. in 5. Mor. de inuido loquens. Tabeſcentem mentem sua pena faciet, quam felicitas torquet aliena. ergo inuidia non est tristitia.

2 Praet. Similitudo non est causa tristitiae, sed magis delectationis: sed similitudo est causa inuidiae. dicit enim * Philosoph. in 2. Rhetor. Inuidebunt tales, quibus sunt aliqui similes aut secundum genus, aut secundum cognationem, aut secundum staturam, aut secundum habitum, aut secundum opinionem. ergo inuidia non est tristitia.

3 Praet. Tristitia ex aliquo defectu causatur. Vnde illi, qui sunt in magno defectu, sunt ad tristitiam proni, ut supra * dictum est, cum de passionibus ageretur: sed illi, quibus modicum deficit, & qui sunt amatores honoris, & qui reputantur sapientes, sunt inuidi, ut patet per Philosoph. in 2. Rhetoric. ergo inuidia non est tristitia.

4 Praet. Tristitia delectationi op-

Super questionis trigesima sextae Articulum primum.

IN artic. 1. quest. 36. circa distinctionem inuidiae, scilicet, quod est tristitia de bono alterius, quatenus est diminutium propriae gloriae, vel excellentiae, dubium ex Martino occurrit, multipliciter hoc impugnante. Primo, auctoritate Aristotelis 2. Rhetor. ubi differentiam inter inuidiam, & nemeliam, ac timorem ponit, per hoc quod nemeliam est de bono indigni: timor de bono alterius quatenus nocium: inuidia autem de bono alterius propter ipsum proximum. Vbi patet, quod tristitia de bono proximi, quia inde euenerit diminutio gloriae nostrae, timor est, non inuidia.

Deinde super hac auctoritate fundat quatuor argumenta. 1. Primum est. Nulla tristitia de bono alterius: in quantum per hoc imminet nobis pericula alicuius nocuentis est inuidia. Patet ista ex ipso Thoma etiam in hoc articulo: sed tristitia de bono alterius in quantum est diminutium propriae gloriae, vel excellentiae, est tristitia de bono proximi. in quantum imminet nobis periculum alicuius nocuentis. ergo huiusmodi tristitia non est inuidia. Minor patet, quia diminutio gloriae, vel excellentiae est manus nocuentium, quam diminutio dicitur.

Secundum est. Nullus timor est inuidia sed

Inf. art. 2. p. Mal. quest. 10. art. 1. ad 1. & q. 11. art. 3. & 4. cor. et Job. 5. prim. 4. lib. 5. v. 1. c. 34. paulo a principio.

lib. 2. c. 10. tom 6.

1. 2. q. 36.

Lib. 2. ca. 10. pars a principio. tom 6.

sed

fed tristitia de bono proximi, vt diminutio propriae excellentiae, est timor, ergo non est inuidia. Maior patet: quia contra se inuenit timor, & inuidia distinguuntur ab Aristote. & Thoma. Minor patet: quia omnis tristitia ex apprehensione futuri corruptiui, aut contritissimi de prope apparentis est timor, secundum Aristot. in eodem libro.

* 1. 2. q. 32. ar. 3.
lib. 2. c. 10. inter. med. & hae. to. 6.

ponitur: oppositorum autem non est eadem causa, ergo cum memoria bonorum humanorum sit causa delectationis, vt supra dictum est, non erit causa tristitia. Est autem causa inuidiae: dicit enim Philosophus in 7. Rhetor. quod his aliqui inuidem, qui habent, aut possederunt, quae ipsi conueniebant, aut quae ipsi quandoque possidebant. Ergo inuidia non est tristitia.

SED CONTRA est, quod Damascenus in secundo libro ponit inuidiam speciem tristitiae, & dicit, quod inuidia est tristitia de alienis bonis.

RESPONDEO. Dicendum, quod obiectum tristitiae est malum proprium. Contingit autem id, quod est alienum bonum, apprehendi ut malum proprium, & secundum hoc de bono alieno potest esse tristitia: sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quando quis tristatur de bono

proximi, quatenus diminutio propriae excellentiae, & non propter ipsum proximum: sed in humiliori casu primum est inuidia, & non secundum. igitur. Ex his patet, quod opinio Thomae contradicit Aristot. & sibi ipsi.

Ad hunc evidentem notitiam, exponenda est primo sententia Aristot. de obiecto inuidiae. Secundo, ostenditur quod via Martini est, & contra Aristot. & contra veritatem. Tertio, conferenda est sententia Aristot. cum doctrina auctoris. Quarto, respondebitur obiectis.

Quod ad primum. Aristot. in secundo Rhetor. tractans de passionibus animae, ponit quatuor tristitiae passiones circa bonum alienum, scilicet timorem, emulationem, indignationem, & inuidiam. Et ad timorem spectare vult, dolere de aliena prosperitate, quatenus ex illa aliquod imminet nobis malum. Ad emulationem vero spectat, dolere de alieno bono, non quia alius hoc habet, sed quia ipse illo caret. Ad indignationem autem spectat, dolere de prosperitate indigni. Ad inuidiam demum spectat, dolere de prosperitate aequalis, & similis. Vbi perspicue primo quatuor rationes formales obiecti doloris in alieno bono. Perspicue secundo, quod indignatio, & inuidia in sola conditione hominis, de quo est dolor, differunt. Nam vtraque est dolor perturbans de prosperitate aliena, sed indignatio est de prosperitate indigni inuidia vero de prosperitate aequalis, & similis. Ita quod sicut indignatus agere fert indignum prosperari, non propterea quia timet quod ex indigni prosperitate aliquid mali sibi eueniat, sed ea ratione, quia indignus prosperatur: ita inuidus agere fert hominem aequalem, & similem prosperari, non quia timeat quod ex illius prosperitate aliquid alterum sibi mali eueniat, sed ea ratione, quia aequalis, & similis prosperatur. Et per hoc uterque dicitur non quia sibi timet, sed quia alter prosperatur. Haec est plana sententia Aristotidem, ut patet intuenti. Haec de primo.

Quod ad secundum, quanta differentia est inter prosperitatem alterius hominis absolute, & prosperitatem alterius hominis aequalis, & similis, tanta est distantia inter phantasiam Martini, & sententiam Aristot. Nam Martinus ponit inuidiam esse dolorem de bono alterius hominis absolute, seu propter ipsum hominem. Aristot. autem ponit inuidiam esse dolorem de prosperitate alterius hominis aequalis, & similis. Et propterea credens se sequi Aristot. longe aberrauit ab eius doctrina. Fuit autem, ut putato, ratio erroris sui illud Aristot. uerbum, propter ipsum proximum. Putauit enim Martinus proximum esse nomen substantiae, et quasi dixisset, propter ipsum alium hominem, cum tamen sit nomen accidentis, comprehendens utrumque dictum accidens, scilicet aequale, & simile. Nam statim posita diffinitione inuidiae supra dicta, uolens declarare rationem in homine inuentam, quare sua prosperitas ab inuido agere feratur, dixit quod est pro-

pter ipsum proximum, seu propinquum, hoc est, inimitatem, seu propinquitatem illius hominis, quibus dixerat, aequalis & similis, hoc est, quod propter ideo subiacerit inuidia: quia est aequalis, & simili propinqui. Contra veritatem autem est, quia inuidia

no alicuius, inquam imminet sibi ex hoc periculum alicuius nocuenti: sicut cum homo tristatur de exaltatione inimici sui, timens ne eum laedat. Et talis tristitia non est inuidia, sed magis timoris effectus, vt Philosophus dicit in 2. Rhetor. Alio modo, bonum alterius aestimatur, ut malum proprium, inquam est diminutiuum propriae gloriae, uel excellentiae: & hoc modo de bono alterius tristatur inuidia. Et ideo praecipue de illis bonis homines inuidem, in quibus est gloria, & in quibus homines amant honorari, & in opinionibus, ut Philosophus dicit in 2. secundo Rhetoricorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nihil prohibet quod est bonum vni, apprehendi ut malum alteri, & secundum hoc tristitia aliqua potest esse de bono, ut dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod

is non excluditur, sed exponitur. Declinatio in primis ab Aristotele explicata in obiecto inuidiae tenet ex parte rei, nam prosperitas propriae aequalis, in re ipsa inuenitur: & nihil aliud in re ipse obiectum secundum veritatem, inuenitur inuidiam, nisi prosperitas propinqua, vt patet. Et propter semper praua: quia dolor est de prosperitate qua est gaudendum. Et quoniam in hoc quod aequalis, & similis claudunt excessus quatenus respectu similibus: ex hoc namque quod alterum similitudo prosperatur, excedit reliquum: ideo dicitur, quod inuidia est bonum excedens in simili, & aequali. Et si fuerimus, vnum aliud includitur in prosperitate aequalis, scilicet miratio relationis in se, & in aliis. Nam ubi prius erant correlatae aequitatem, & aequales, & aequales prosperitas similibus, & in relationem secundum excessum, & conuenientiam per diminutionem aliquam in eo qui excedit. Et per illam augmentationem in eo qui excedit. Et per hoc, quod obiectum inuidiae est prosperitas similibus, simul dicitur, quod est bonum excedens in simili, & aequali per hoc habens se ad alterum, vt excedens ad alterum profundius adhuc perspexerimus videlicet, quod inuidia ratio relationem est secundum rem dimittens altero, non absolute, sed relative, hoc est, ut altero, non absolute, sed relative, hoc est, ut altero, aliquod bonum, sed tollit ab eo relationem excedens, quam prius habebat in hoc, quod excedens in dam, non nocendo illi quous modo sed per seipsum dico, non nocendo illi quous modo sed per seipsum tum. Perspicue quoque circumprocedens in inuidia, quod haec ipsa diminutio relationem rem & conuenientiam aut nocua minime fit secundum rem, de quo dicitur in mali speciem, non mali culpa, de quo dicitur in speciem mala abstineat nos, sed mali patet, malum in li ad esse excessum ex defectu proprio, malum in autem proprio malum non est, sed mali patet, malum in praefert. Prosperitas ergo aequalis & similis, inuenitur nem excedens, ac per hoc mirantis relationem excedens, & aequale, in relationem excedens ad excessum, quodammodo inuenitur relationem excedens, & aequali: ac per hoc, licet in se sit bona, & aequali speciem mali patet respectu illius similibus, & aequali, deo excedit, & totum hoc est in re, quia in re, & adiuuimus id, quod talis prosperitas relationem inuidiam ex communi ratione tristitiae, hoc est, quod

ditione, quam tristitia ratio in omni suo obiecto ex parte eius, qui tristatur, supponit. scilicet, qd ipso nolente accedat (est enim tristitia de his, que nobis nolentibus sunt, seu sunt) oportet supra idere ad dictum inuidiam obiectum rationem noliti: ita quod prosperitas equalis, & similis nolita, est proprium obiectum tristitie. Nam

si volita esset, causaret gaudium. Et si nec volita, nec nolita esset, nec gaudium, nec tristitiam causaret: sed quia nolita est, tristitiam causat. Hec omnia clara sunt secundum Aristotelem, & idem omnino sentit author, quamvis alijs verbis vnum horum explicauerit. Quod cum obiectum inuidie sit bonum excedens, expresse habes & in hoc articulo in response ad secundum, & in sequenti articulo, vbi dicitur. Quomodo aliquis tristatur de bonis alijs, in quantum excedit ipsum in bonis: & hoc proprie est inuidia, & istud semper est primum, & cetera. Hec ibi. Et sic habes omnia apud ipsum, que ex ratione excedentis deducta sunt. Quod exigatur ratio propinqui, in hoc articulo in response ad secundum habes ab author, quod his qui sunt propinqui, quibus nititur alio quod se equare, vel preferre. quod etiam precegitur ratio non in eodem patet, cum subditur. Nam cum illi excedunt, accedat hoc contra nostram voluntatem, & inde causatur tristitia. Quod concurrit etiam species mali, in hoc articulo patet, cum dicitur. Bonum alterius estimatur ut malum proprium: Non dicitur esse, sed estimatur, quia in veritate non est malum, sed similitudo mali. Species igitur mali in quadam quasi diminutione excellentie relatiue in obiecto inuidie inueniam in ordine ad nolentem obiectum illud, author explicauit per illa verba. Estimatur, ut malum proprium, in quantum est diminutum proprie excellentie. Vnde nulla est inter Aristotelem, & autorem in hoc dissonantia: sed explicauit iste, quod ille implicite dixerat, & insinuaauerat, dicendo statim post distinctionem inuidie. Hoc autem non: quia ipse aliquid accidit alterum, sed prosper ipsum propinquum, & cetera. Excludendo enim euentum alterius alterius non excludit hoc ipsum quod euenit, scilicet quod excedat ab equali, & similitudo potius includitur cum subditur. Sed prosper ipsum propinquum: ita quod differentia inter obiectum inuidie, & amoris non consistere dicitur in hoc, quod malum in obiecto timoris est aliquid alterum ab ipso bono propter amorem. Malum vero in obiecto inuidie non est aliquid alterum ab ipso bono futurum, sed est ipsum bonum, habens malum speciem. Hoc enim denotant illa Aristotelem verba. Non quia ipse aliquid accidit alterum, sed prosper ipsum propinquum: nisi quis dicat, quod frustra Aristotelem dicitur, Si aliquid alterum. Et ut clarus percipiatur quod dicimus, ponamus exemplum ad propinquum. Prosperitas mihi equalis, & similis, seu propinqui potest esse obiectum emulationis, indignationis, timoris, & inuidie, sed quia non similitudo procedo. Indignationis uero, si doleo, quia ille est indignus prosperitate. Timoris autem, si doleo, quod ex illius prosperitate rapina, cetera, & cetera. Hec enim mala aliquid alterum sunt ab ipsa prosperitate, & futura ex illa parantur. Inuidia autem, in quantum excedit me propinquum, ita quod hoc ipsum, quod me propinquum excedit, in se quidem bonum, in ordine autem ad me proprie inuitum mali speciem habet. Vnde stant haec duo simul, quod inuidus non tristatur de prosperitate propinqui, quia aliquid alterum accidit ei: & quod tristatur, quia hoc ipsum accidit ei, scilicet excedi, quod mali speciem habet. Nec oportuit Aristotelem, clarius haec explicare, ut explicauit author: quia iste etiam nouitius scripsit, ille eruditus, apud quos constat, quod sicut impossibile est delectari, nisi de bono secundum rem, vel apparentiam, ita impossibile est tristari, nisi de malo secundum rem, vel apparentiam. Hec de tertio.

Quo ad quartum iam patet responsio & ad authoritatem Aristotelem, quod est male intellecta: quoniam equiuocat de ly. pro-

ximo, ut est nomen accidentis, & ut est nomen substantie. Aristotelem enim utitur nomine proximi, vel propinqui ut est nomen accidentis: sicut utitur nomine equalis, & similis, & indigni. Martinus autem intellexit nomine proximi alium hominem secundum se.

autem delectationem causat, in quantum concordat uoluntati.

Ad tertium dicendum, quod nullus conatur ad ea, in quibus est multum deficiens. Et ideo cum aliquis in hoc eum excedat, non inuidet: sed si modicum deficiat, uidetur quod ad hoc pertingere possit, & sic ad hoc conatur.

Vnde si frustraretur eius conatus propter excessum gloriae alterius, tristatur: & inde est, quod amatores honoris sunt magis inuidi. Et similiter etiam pusillanimes sunt inuidi: quia omnia reputant magna, & quicquid boni alicui accidat, reputant se in magno superatos esse. Vnde & Iob 5. dicitur. Paruulum occidit inuidia. & Gregor. dicit in 5. Moralium, quod inuidere non pos-

quia putat, quamuis uane, quod ex illius prosperitate proueniet sibi diminutio proprie excellentie, non laborat inuidia, sed timore: sicut qui tristatur de prosperitate alterius, quia putat, quamuis uane, quod inde proueniet sibi diminutio operum, vel regni, & aliorum bonorum. Eiusdem siquidem rationis est uelle, vel nolle unum & idem secundum rem, vel secundum apparentiam. Ad alterum siquidem est appetere conuictam secundum res, & appetere quam putat conuictam, licet falso. Alio modo contingit bonum alterius esse diminutum proprie excellentie: quia ipsum in ordine ad me habet quandam speciem diminutiuam excellentie meae: & sic esse diminutum proprie excellentie spectat ad inuidiam. Nam inuidus tristatur de prosperitate equalis & similis propter hoc, quod est prosperitas equalis & similis, quod est excedere me, quod est similitudinarie diminueret excellentiam meam, dum mutat relationem meam. Et hoc est quod prius dictum est, Aristotelem docuisse, scilicet quod timor est de bono: quia inde aliquid alterum accidit. Inuidia autem non quia inde aliquid alterum accidit, sed quia ipsum tale est, scilicet excedens habens malum speciem.

Et quia hinc soluntur tria prima argumenta, & explanatur Aristotelem, & author, & omnia consona apparent, conijcere potes, quod uera doctrina haec est.

Ad quartum argumentum dicitur, quod tristari de bono proximi, hoc est alterius hominis, quia nolo illi bene esse, est possibile: sed non spectat ad inuidiam, sed ad odium, cuius est uelle malum alteri homini non propter aliud: sicut ad amorem amicitiae spectat gaudere de bono alterius hominis absolute, seu propter ipsum hominem, qui bene habet.

In eodem articulo, in response ad tertium, Martinus occurrit dicens. Infero contra Thomam, quod ex pusillanimitate non sequitur inuidia. Thomas enim imponit Aristotelem, quod pusillanimes sunt inuidi, & applicat ad hoc probandum rationem Aristotelem, quia omnia eis magna uidentur. Haec opinio Thomae non bene concordat cum his, quae eodem loco dicit. Et ideo arguitur sic. Nullus inuidet in his, in quibus se multum putat deficere: sed pusillanimes omnia reputant magna, ut Aristoteles dicit, & Thomas approbat. ergo pusillanimitas ex sui pusillanimitate potius retrahit ab inuidia, quam inducat. Maior & minor sunt Thomae hic.

Ad hoc dicitur, quod pusillanimitas causat inuidiam in subiecto disposito, hoc est, infra latitudinem hominum similitudinem. Inuidia enim, ut Aristoteles diffuse declarat, inter similes est. Causat autem inuidiam ex ratione reddita ab Aristotelem, & auctore hic, quia scilicet, omnia magna putat: ita quod prosperitas similis uni magnanimo nullam, aut paruulum inuidiam excitabit: quia pro nihilo, aut quasi nihilo reputans illam prosperitatem, non reputat se excedi. Alteri uero pusillanimitas inuidiam magnam excitabit, pro quanto ex quacunque minima prosperitate similis, reputat se multum excedi. Vnde quia pusillanimitas similis facit, uel auget obiectum inuidie, scilicet rationem excedentis boni in simili, ideo inclinatur ad inuidiam. Et hoc clare

Lib. 5. Mor. cap. 33. in medio illi.